Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dns. propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent. aut sic faciebant illi quos apostolus arguit mensis suis ista miscentes. Utrum hoc infigeres dns memorie discipulorum non precepit quo deinceps ordine sumeretur. ut apostolus sacraret hunc locum. Ex .ii. ad ianuarium ...

QUERIS CUR dies celebrande dnice passionis non ad eundem anni diem redeat sicut dies natiuitatis. et subiungit quid sit hic uelut lune obseruatio. noueris diem natalis non in sacramento celebrari. sed tantum in memoriam quod natus sit dns. In pasca autem non solum quod actum est in memoriam reuocamus. id est mortem xpi et resurrectionem. sed transitum nostrum de morte ad uitam ibi sacratus est. Quod pascha dicitur non grecum est ut uulgo uidetur. sed ebreum esse dictum quicumque linguam nouerint. Neque enim a passione que pascin grece dicitur pati. sed a transitu hebreo uerbo dictum est. in quo eloquio pasca transitus dicitur. Propter hanc uite nouitatem primus mensis in tanto. Quia uero in toto tempore seculi nunc tercium tempus apparuit primum tempus est ante legem. secundum sub lege. tercium sub gratia. ideo resurrectio dni triduana est. Hoc et lunari numero significatur. Quia enim septenarius ad perfectionem pertinet tercia ebdomada lune pasca celebratur. id est a quarta .xa. in .xxa. prima. Ex sermone ubi dies ad ihersm. in uigiliis pasche incipit.

DIES quod a precedenti nocte computari dubium non est non secundum hoc quod in genesi commemoratur. quamquam et illic tenebre precesserunt. sed ille tenebre non erant nox. que non precesserat dies. Deus primus uocauit lucem diem. deinde tenebras noctem. et a mane usque ad mane. alterum dies unus commemoratus est. Postquam autem homo a luce iusticie a peccati tenebras declinauit. factum est ut nunc computemus dies a noctibus. quia non a luce ad tenebras. sed a tenebris ad lucem uenire conamur. Finit.

DEO GRACIAS.

huic celebrationi attributus est. Ita ipse dicitur mensis nouorum.

yMaius mundi